

3194. A DATARIA OBTINENDÆ
DISPENSATIONESI.—DISPENSATIO IMPEDIMENTI CON-
SANGUINATIS.«*Beatissime Pater:*

» Exponitur humiliter Sanctitati Vestræ pro parte devotorum oratorum Petri Boschis, diœcesis Astensis, et Catherinæ Rodes, diœcesis Taurinensis, ex oppido Avilanæ, quod cum dicta oratrix dotem habeat minus competentem juxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non consanguineum paris conditionis cui nubere possit, invenire nequeat, dictus orator cum dicta dote minus competente oratricem in uxorem ducere intendit.

» Sed quia tertio gradu æquali a communi stipite proveniente conjuncti sunt, desiderium suum hac in parte adimplere non possunt. Ideo supplicant, quatenus dignetur cum ipsis, ut impedimento hoc non obstante, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, ac in eo postmodum remanere libere ac licite valeant, dispensare.

» Datum N., die N., mensis N., anno N.»

II.—DISPENSATIO EX CERTIS RATIONA-
BILIBUS CAUSIS«*Beatissime Pater:*

» Exponitur humiliter Sanctitati Vestræ pro parte N. et N., diœcesis Novariensis, oratorum, et in civitate Mediolani a triennio et ultra commorantium, ubi domicilium contrahere intendunt, quod ipsi, qui vere de nobili genere procreati existunt, ex certis rationabilibus causis animos eorum moventibus cupiunt invicem matrimonialiter copulari. Sed quia secundo et quarto consanguinitatis

gradibus detinentur, desiderium eorum hac in parte adimplere nequeunt absque Sedis Apostolicæ dispensatione. Idcirco supplicant humiliter Sanctitati Vestræ oratores præfati quatenus cum eisdem, impedimento talis consanguinitatis gradus hujusmodi non obstante, matrimonium inter se publice, servata forma Tridentini contrahere, et in eo postmodum permanere libere et licite valeant, dispensare de gratia speciali. Et insuper mandare dignetur, quod litteræ conficiendæ Ordinario non originis, sed domicilii oratorum committantur.»

III.—DISPENSATIO AB INTERDICTO AD
NUBENDUM«*Beatissime Pater:*

» Exponitur humiliter Sanctitati Vestræ, pro parte devoti oratoris N. laici, diœcesis N., quod alias ipse ejusque uxor prædefuncta a Sede Apostolica dispensationem super impedimento tertii consanguinitatis gradus, quo invicem erant conjuncti cum clausula: Quod alter eorum alteri supervivens, perpetuo absque spe conjugii remaneat, obtinuerunt. Et quia deinde præfata oratoris uxor, sicut domino placuit, ab humanis decessit, ipse orator qui continenter vivere posse diffidit, ad secundas nuptias transire cupit. Supplicat igitur humiliter Sanctitati Vestræ, quatenus sibi specialem gratiam faciendo cum eodem, ut clausula in prædictis litteris apposita non obstante, matrimonium cum alia muliere, nullo alias sibi jure prohibita, publice, servata forma Tridentini, contrahere, et in eo postmodum licite et libere permanere valeat, dispensare dignemini.»

Nota. «Si interdictum Papæ non habeat adnexum decretum quod irritet, est tantum impedimentum impediens, at adhuc a Pontifice petenda est dispensatio ut in præsentia causa.»

IV.—PRO DISPENSATIONE OBTINENDA
IN FORMA PAUPERUM«*Beatissime Pater:*

Exponitur Sanctitati Vestræ humiliter pro parte devotorum oratorum (ponuntur nomina eorum, diœcesis, civitas, parochia, ut supra), quod dicti oratores orthodoxæ fidei cultores vere pauperes ac miserabiles, et labore suo et industria tantum viventes, conscii se in tertio consanguinitatis gradu a communi stipite proveniente conjunctos esse, se invicem, non quidem data opera ut crimine admissio Sedem Apostolicam ad misericordiam et gratiam erga ipsos faciliorem redderent, sed solum vesana libidine victi carnaliter cognoverint prolemque susceperint.

» Cum autem, Sanctissime Pater, nisi matrimonium inter dictos oratores contrahatur, dicta mulier diffamata innuptaque, proles illegitima remaneret, gravius inde scandala orirentur, cupiunt supradicti oratores matrimonialiter copulari. Sed quia, obstante impedimento ejusmodi, desiderium suum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicæ dispensatione, ideo supplicant, etc., ut supra.»

El sobre: *Eminentissimo et Reverendissimo D. D. Cardinali Pro-Datario.*

Roma.

3195. V.—EXEMPLUM DE DUOBUS
IMPEDIMENTIS PUBLICO ET OCCULTO:
SIC SCRIBITUR AD SACRAM PËNITEN-
TIARIAM«*Eminentissime ac Reverendissime Domine:*

» Jacobus et Berta, consanguinei in secundo gradu, vesana libidine victi, rem secum habuerunt. Nunc vero Berta a Joanne fratre Jacobi in ma-

trimonium requisita, ei nubere cupit: 1.º Quia ætate jam est provecta, nempe, triginta annorum nata. 2.º Quia sufficientem non habet dotem, ut alium virum sibi convenientem sperare valeat. 3.º Quia ex hac unione rixæ familiarum probabiliter cessabunt. Ambo supplicant Sanctissimo Domino nostro in Dataria, ut dignetur cum illis super dicto consanguinitatis impedimento dispensare.

» Eminentia autem Vestræ humiliter supplicat oratrix, ut non obstante affinitatis ex copula illicita provenientis impedimento, dispensatione super consanguinitate prius obtenta, cum eodem Joanne licite ac valide matrimonium contrahere, atque in eo contractu manere valeat.»

VI.—PRO DISPENSATIONE MATRIMONII
MIXTI

Si causæ adsunt, hoc vel simili modo poterit recurrere ad Episcopum parochus, ut obtineat litteras commendatitias pro obtinenda dispensatione a S. Sede.

«*Illustrissime et Reverendissime Domine.*

» Constantia N. romano-catholica, ætatis annorum 26, parochiana mea, matrimonium inire cupit cum Frederico N. ex N. sectæ luteranæ addicto et in suis erroribus saltem hucusque persistenti.

» Pars acatholica coram me, ut ex declaratione huic petitioni addita patet, sui fide juramenti promisit, omnes utriusque sexus infantes ex illo matrimonio nascituros in fide romano-catholica baptizandos et educandos esse, iisque æque ac comparti prorsus liberum fore religionis romano-catholicæ exercitium. Præterea pars catholica spondit se pro viribus curaturam, ut quantum in ipsa erit, vir ad veram fidem convertatur. Qua-

re humillime supplicat Illustrissimæ Dominationi Vestræ, ut ipsi super eo impedimento Sanctæ Sedis dispensatio procuretur. Causæ sunt: 1.º Vani conatus ut oratrix tali matrimonio renuntiet. 2.º Formæ civiles certo brevi adimplendæ. 3.º Spes fundata conversionis partis acatholicæ, etc. Pars catholica 25 francos pro expensis faciendis apud me deposuit.

Novariæ, N.

Humillimo Servo

N. N. paroco N. N. (diocesi Novariensi).

FORMULA DECLARATIONIS PARTIS ACATHOLICÆ

«Yo, el infrascrito, habitante en N., declaro con juramento: 1.º Que los hijos de ambos sexos que nacieren de mi matrimonio con N. N. sean bautizados é instruídos en la religión católica romana. 2.º Que yo permitiré siempre á mi expresada consorte y á todos mis hijos é hijas el libre ejercicio del culto católico romano.

En fe de lo cual lo firmo.

N. N.»

3196. Antes de proceder á poner otras fórmulas sobre las preces que los párrocos ó confesores pueden tener necesidad de elevar á los superiores, conviene tener presente, por más que en parte ya se haya dicho:

1.º Que cuando se dirigen las preces al Obispo de la diócesis en los casos en que por delegación ó por la urgencia de las circunstancias que no permite acudir al Papa, se pone al principio: *Illustrissime (ó Excellentissime, si tiene este tratamiento) ac Reverendissime Domine*; si bien dirigiéndose á los Obispos de España conviene poner las preces en castellano.

2.º Cuando las preces se dirigen á la Penitenciaría, se pone en la parte interior: *Eminentissime ac Reveren-*

dissime Domine; y la dirección en el sobre de la carta se pondrá del modo siguiente:

Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Majori Pœnitentiario.

Romam.

Como en el interior de las preces que se dirigen á la Penitenciaría no se expresa el nombre de la persona ó personas que piden la dispensa, ni el lugar donde viven, el párroco confesor ó persona que pide la dispensa en su nombre, para que ésta llegue con seguridad á sus manos, deberá expresar con claridad su nombre y apellido, el reino, provincia ó diócesis, y lugar de su residencia, para que la contestación de la Penitenciaría no se extravíe.

3.º Cuando las preces se dirigen á la Dataría, en cuanto á su dirección, véase la fórmula 4.ª

Las cartas que se dirigen á Roma deben franquearse por el que las envía, porque de otra manera no llegarían á su término.

4.º Como algunas dispensas no se conceden si á las preces no se acompaña el informe favorable del Obispo de la diócesis (y en todas es conveniente su recomendación); por otra parte, como en la Curia episcopal los oficiales están versados en la materia, para que las preces expresen todo lo necesario y tengan el más pronto y favorable despacho en Roma, convendrá, por lo común, hacer una solicitud al Obispo, exponiendo con la claridad posible los impedimentos y las causas de la dispensa, suplicándole que se sirva dirigir las preces á Roma. Hechas estas advertencias, continúo poniendo algunas otras fórmulas, cuyo conocimiento puede ser conveniente.

3197. VII. — FORMULA PETENDI DISPENSATIONIS CONVALIDATIONEM PER PERINDE VALERE

«*Eminentissime ac Reverendissime Domine:*

«Titius et Titia matrimonium inire intendunt, cum obtenta et jam fulfilminata Sanctæ Sedis dispensatione super impedimento consanguinitatis secundi gradus æqualis lineæ collateralis; *vel* affinitatis primi gradus æqualis lineæ collateralis. At vero obtenta dispensatio nulla est ob impedimentum omnino occultum et nulatenus manifestandum, proveniens e copula illicita Titii cum sorore Titia, super quo dispensatio petita non fuit; *vel...*

«Quare humillime supplicant Eminentia Vestræ, ut pro impetrata, sed invalide, illa dispensatione gratiam *perinde valere* ipsis concedere dignetur.

«Causa est: scandala et gravissima mala præscindenda.

die mensis anni

N. N., confessarius Ecclesiæ.»

VIII. — FORMULA PETENDI DISPENSATIONEM SUPER IMPEDIMENTO CRIMINIS OCCULTO, NEUTRO MACHINANTE

«*Eminentissime ac Reverendissime Domine.*

«Joannes et Francisca matrimonium inire cupiunt. At vero obstat impedimentum criminis ortum ex copula carnali inter ipsos habita, stante matrimonio Joannis cum priori uxore, cum promissione matrimonii data et acceptata, neutro tamen machinante. Impedimentum est occultum, non prævidetur manifestandum.

«Quare humillime supplicant Eminentia Vestræ, ut vi facultatis apostolicæ extraordinariæ super eo impedimento cum ipsis dispensare dignetur.

«Causæ sunt: 1. Omnia ad matri-

monium celebrandum parata. 2.º Formæ civiles jam impletæ; 3.º instans oratrix partus.

die mensis anni

N. N., confessarius Ecclesiæ.»

IX. — FORMULA PETENDI DISPENSATIONEM POST MATRIMONIUM CONTRACTUM SUPER OCCULTO IMPEDIMENTO CRIMINIS, ADMISSI CUM UTRIVSQUE VEL ALTERUTRIUS ORATORUM MACHINATIONE

Se advierte que estas preces se dirigen al Obispo de la diócesis, en la suposición de que el caso esté revestido de aquellas circunstancias en que el Obispo puede dispensar por lo urgente que es, y del cual habla Benedicto XIV en el lugar que aquí se cita; y si bien no decide la cuestión, muchos y eminentes escritores, entre ellos el Doctor San Ligorio, autorizan al Obispo para dispensar, cuando no hay lugar de acudir al Papa.

«*Illustrissime ac Reverendissime Domine.*

«*N. N. et N. N., hujus diocesis subditi, matrimonium invalide contraxerunt ob impedimentum criminis ortum e copula carnali inter ipsos habita, stante matrimonio N. cum priori marito, cum promissione matrimonii data et acceptata et machinatione solius N. in vitam mariti, quæ fuit vera causa conjugicidii. Matrimonium in faciem Ecclesiæ bona (vel mala fide ob ignorantiam juris contraxerunt et consummarunt. Impedimentum est occultum, nec timetur manifestandum; deinde crimen in confessione declaraverint, petunt ut ad evitandum scandalum et gravissima mala, quæ moram scribendi Romam non patiuntur, sublato statim per dispensationem impedimento, matrimonium, occulte renovato inter se mutuo consensu, valeant convalidare.*

«Quare, cum in casu evidenter ad-

sint sex conditiones communiter iuxta Benedictum XIV, *De Synodo Diocesana*, lib. 9, cap. 2 requisitæ, ut Episcopus possit pro foro conscientie dispensare super impedimentis, in quibus ipse Summus Pontifex dispensare consuevit, humillime per me Illustrissimæ Dominationi Vestræ supplicat ut super illo impedimento cum ipsis sine mora dispensare dignetur.

«Causæ sunt: 1.º Formæ civiles impletæ. 2.º Sex infantes nati. 3.º Gravissima omnis generis mala evitanda.

die mensis anni

N. N. (nombre del que pide la dispensa).»

3198. X.—FÓRMULA PARA PEDIR LA DISPENSACIÓN Ó SANACIÓN «IN RADICE» DE UN MATRIMONIO.

Si la súplica se dirige al Obispo de la diócesis, suplicándole que obtenga de la Sagrada Penitenciaría, se pueden dirigir las preces del modo siguiente:

«Illustrissime ac Reverendissime Domine.

«Titius et Berta, hujus diocesis subditi, cum vero et sincero Bertæ

consensu, qui asseritur adhuc perseverare, matrimonium in faciem Ecclesiæ contraxerunt et consummarunt. At vero matrimonium eorum est invalidum ob copulam fornicariam Titii cum sorore Bertæ, cujus impedimenti Berta est prorsus inscia. Impedimentum est omnino occultum, nec timetur manifestandum, sed super eo nulla dispensatio petita fuit. Orator pœnitens fundate timet, ne si qualicumque modo consensus renovatio a putativa uxore petatur, eam ipsa vel recuset, vel si non abnuat consensum renovare, pax domestica ob violentas suspiciones, vel acerbissimos mores compartis gravissime inde turbetur.

«Quare, quia orator optat in gratiam Dei redire, compartem gratiarum matrimonii participem reddere et numerosam sobolem legitimare, humillime supplicat Illustrissimæ Dominationi Vestræ, ut dispensatione in radice præfati matrimonii sanationem a S. Pœnitentiaria procurare dignetur.

die mensis anni

N. N. (nombre del que pide la dispensa).»

EXPLICACIÓN

DE LAS ABREVIATURAS QUE SE ENCUENTRAN EN LAS BULAS Y BREVES DE DISPENSAS

A

AA. Anno.
Aa. anima.
Au. de Ca. auri de Camera.
Ab. Abbas.
Abs. ó ab. absolutio.
Abne. absolutione.

Abns. abs. *absens*.
Alsolven. *absolventes*.
Accu. *accusatio*.
A cen. a *censuris*.
Adhær. *adhærentium*.
Admitt. *admittentes*.
Ad no. præ. *ad nostram præsentiam*.
Adrior. *adversariorum*.
Adrios. *adversarios*.

Aest. *æstimatio*.
Affect. *affectus*.
Affin. *affinitas*.
Aiar. *animarum*.
Aium. *animum*.
Ali. als. *alias*.
Alia. *aliam*.
Alitnatne. *alienatione*.
Alioquodo. *alioquomodo*.
Almus. *altissimus*.
Alr. *alter, aliter*.
Als. pns. gra. *alias præsens gratia*.
Alter. *altus, alterius*.
Ann. *annuatim*.
Ann. *annuum*.
Annex. *annexorum*.
Appell. rem. *appellatione remota*.
A. obs. rem. *appellationis obstaculo remoto*.
Aplicam. Apcam. Apostol. *Apostolicam*.
Ap. Sed. leg. *Apostolicæ Sedis legatus*.
Appatis., aptis. *approbatiss.*
Approbat. *approbem, approbationem*.
Appr obo. *approbatio*.
Arbo. *Arbitro*.
Arch. *archidiaconus*.
Ap., arcpo., archopo. *archiepiscopo*.
Archiepus. *archiepiscopus*.
Arg. *argumentum*.
Asseq. *assequuta*.
Assequem. *assequutio, assequutionem*.
Attata. *attentata*.
Attator. *attentationem*.
Attent., atto., att. *attento*.
Au. *auri*.
Aute., authorit. *auctoritate*.
Audient. *audientium*.
Augen. *augendam*.
Agni. *Augustini*.
Authent. *authentica*.
Aux. *auxiliares*.
Auxo. *auxilio*.

B

BB. *Benedictus*.
Beatis. *Beatissime*.
Beatme. Pr. *Beatissime Pater*.
Bedti., benedti. *benedicti*.
Ben. *benedictionem*.

Benealibus. *beneficialibus*.
Beneum. *beneficium*.
Benelos. *benevolos*.
Benevol. *benevolentia*.
Benigne. *benignitate*.
Bon. mem. *bonæ memoriæ*.

C

Ca. cam. *camera*.
Coa. ca. *causa*.
Cais. aium. *causis animarum*.
Canice. *canonice*.
Canocor. *canonicorum*.
Canon. *canonicatum*.
Canon. reg. *canonicus regularis*.
Can. sec. *canonicus secularis*.
Canotus. *canonicatus*.
Canria. *cancellaria*.
Capel. *capella*.
Capes. *capellanus*.
Capna, *capellania*.
Car. *causarum*.
Car. cardilis. *cardinalis*.
Cas. *causas*.
Caus. *causa*.
Cen. eccles. *censura ecclesiastica*.
Cens. *censuris*.
Cerdo., certo. m. *certo modo*.
Ceso. *cessio*.
Ch. *Christi*.
C. civis.
Circumspeoni. *circumspectioni*.
Cister. *cisterciensis*.
Clæ. *claræ*.
Cla. *clausula*.
Claus. *clausa*.
Cligo. *clerigo*.
Clis. *clausalis*.
Clunia., clâ. *cluniacensis*.
Co., com. *communem*.
Cog. leg. *cognatio legalis*.
Cog. spir. *cognatio spiritualis*.
Coga., cogn., cognia. *cognomina*.
Cogen. *cognomen*.
Cohao. *cohabitatio*.
Cogtus. *cognominatus*.
Coigis., cogtis., cons. *consanguinitatis*.
Coione. *communione*.
Coittatur. *committatur*.

Collat. *collatio*.
 Colleata., colleg. *collegiata*.
 Collitigant. *collitigantibus*.
 C. Ilm. *collitigantium*.
 Com. *communis*.
 Comdam. *commendam*.
 Comdtus. *commendatus*.
 Commr. Epo. *committatur* Episcopo.
 Competen. *competentem*.
 Con. *contra*.
 Conc. *concilium*.
 Confeone. *confessione*.
 Confeori. *confessori*.
 Concone. *communicatione*.
 Colis. *conventualis*.
 Conriis. *contrariis*.
 Cons. *consecratio*.
 Cons. t. r. *consultationi taliter respon-*
detur.
 Constia. *conscientia*.
 Consequem, *consequendum*.
 Conservan. *conservando*.
 Cosne. *concessione*.
 Consit. *concessit*.
 Constbus. *constitutionibus*.
 Constitution. *constitutionem*.
 Consu. *consensu*.
 Contr. *contra*.
 Coendarent. *commendarent*.
 Coeretur. *commendaretur*.
 Cujuscumq. *cujuscumque*.
 Cujuslt. *cujuslibet*.
 Cur. *curia*.

D

D. N. P. *Domini nostri Papa*.
 D. N. *Domini nostri*.
 Dat. *datum*.
 Deat. *debeat*.
 Decro. *decreto*.
 Decrum. *decretum*.
 Defcti. *defuncti*.
 Defivo. *definitivo*.
 Denomin. *denominatio*.
 Denominat., denom. *denominationem*.
 Derogat. *derogatione*.
 Desup. *desuper*.
 Devolut., devol. *devolutum*.
 Dic. *diocesis*.
 Dict. *dictam*.

Dign., dign. *dignemini*.
 Dil. fil. *dilectus filius*.
 Dipn. *dispositione*.
 Dis. ves. *discretioni vestrae*.
 Discroni. *discretioni*.
 Dispa. *dissipatio*.
 Dispen. *dispendium*.
 Dispens., dispensao. *dispensatio*.
 Disposit. *dispositive*.
 Diversor. *diversorum*.
 Divort. *divortium*.
 Dni., Dom. *Domini*.
 Donicae. *Dominicae*.
 Dne. *Domine*.
 D., Dnus., Doms. *Dominus*.
 Dotat. *dotatio*.
 Dotate., dot. *dotatione*.
 Dr. *dicitur*.
 Dt. *dicta*.
 Dti. *dicti*.
 Duc. au. de ca. *Ducatorum auri de ca-*
mera.
 Ducat. *ducatorum*.
 Ducem. *ducentorum*.
 Dum. vem., dum. viv. *dum vivent*.

E

Ea. *eam*.
 Eccl. Rom. *Ecclesia Romana*.
 Ecclae. *Ecclesiae*.
 Eccleium. *ecclesiarum*.
 Ecclesiast. *ecclesiasticis*.
 Ecclesia., Eccl. *Ecclesia*.
 Eccles., ecclisis. *ecclesiasticis*.
 Ee. *esse*.
 Effum., effct. *effectum*.
 Effus. *effectus*.
 Ejus. *ejusdem*.
 Elect. *electio*.
 Em. *enim*.
 Emoltum. *emolumentum*.
 Eod. *eodem*.
 Epo. *Episcopo*.
 Epus. *Episcopus*.
 Et. *etiam*.
 Ex. *extra*.
 Ext. Rom. Cur. *Extra Romanam Cu-*
riam.
 Ex. val. *existimationem valoris*.
 Eaxt., exist. *existat*.

Excse. *excommunicatione*.
 Excois. *excommunicationis*.
 Execrab. *execrabilis*.
 Exens. *existens*.
 Exist. *existenti*.
 Exist. *existit*.
 Exit. *existit*.
 Exp., expmi. *exprimi*.
 Expda., exprimend. *exprimenda*.
 Expis., expres. *expressis*.
 Exped. *expedire*.
 Exped., expedni. *expeditioni*.
 Exped.^a *expedienda*.
 Expres. *expressis*.
 Exp.^o, expres. *expressio*.
 Exten. *extendendus*.
 Extend. *extendenda*.
 Extraordin. *extraordinario*.

F

Facien., facin. *facientis*.
 Fact. *factam*.
 Famari. *famulari*.
 Fel. *felicis*.
 Fil. rec. praed. n. *filius recordationi*
praedecessoris nostri.
 Festintibus. *festivitatibus*.
 Fn., fr., fors. *forsan*.
 Foa. *forma*.
 Fol. *folio*.
 Fr. *frater*.
 Fraem. *fratrem*.
 Franus. *Franciscus*.
 Frat. *fraternitas*.
 Fruct. *fructus*.
 Fructib., fruct. *fructibus*.
 Frum. *fratrum*.
 Fundat. *fundat*.
 Fundatm. *fundatum*.
 Funde., fundne., fundaone. *funda-*
tione.

G

Gener., gralis. *generalis*.
 Gnrali. *generalis*.
 General. *generalem*.
 Gnatio. *generatio*.
 Gnrl., general. *generaliter*.
 Gnra. *genera*.
 Gra., grat. *gratia*.

Grad. affin. *gradus affinitatis*.
 Grar. *gratiarum*.
 Grat. *gratiosae*.
 Gratific. *gratificatio*.
 Gratne. *gratificatione*.
 Grae. *gratiae*.
 Grase. *gratiose*.

H

Hab. *habere*.
 Hab. *haberi*.
 Habeant., heantur. *habeantur*.
 Haben. *habentia*.
 Hactus. *hactenus*.
 Het. *habet*.
 Here. *habere*.
 Hita. *habita*.
 Hne. *homine*.
 Homici. *homicidium*.
 Hujusm., huoi., homoi. *hujusmodi*.
 Humil., humilit., humlr. *humiliter*.

I

I. *infra*.
 Id. *idus*.
 Igr. *igitur*.
 Illor. *illorum*.
 Immun. *immunitas*.
 Impetran. *impetrantium*.
 Imponen. *imponendis*.
 Import. *importante*.
 Incipi. *incipiente*.
 Infraptum. *infrascriptum*.
 Infrascip., infrape. *infrascripte*.
 Invocaone. *invocatione*.
 Invocat., invocaom. *invocationum*.
 Irregulti. *irregularitati*.
 Is. *idibus*.
 Intropta. *introscripta*.

J

Januar. *Januarius*.
 Joes. *Joannes*.
 Jud. *judicium*.
 Jud., judm. *judicium*.
 Jur. *juravit*.
 Juris. patr. *juris patronatus*.
 Jurto. *juramento*.
 Jux. *juxta*.